

Nos lapsō anno in Personā Illustri observavimus tubercula rubra Scorbutica per totum corpus, excepta facie, dispersa, pustulis, quæ ab affricu urticarum excitantur, simillima, cum præcedente pruritu intolerabili & subsequente acidissimo vomitu & molestissimâ cardialgiâ provenientia, quæ jam aderant, jam aberant, hæc in consilium vocati sequentibus feliciter V. dierum spatio sustulimus, ut postea usque in hunc diem nunquam amplius apparuerint.

Præmissō Diaphoretico exhibuimus Tincturæ corall. *Essent. juniper. aâ ʒj.*  
S. Bluthreinigung.

Potui indendam dedimus Tinct. Ais aperitivam & postea Misturam Antiscorbuticam. S. Antiscorbutische Mistur.

Sanguis per Scarificationem eductus erat acidissimus, sicut & de materiæ aciditate succum citri æquante, quæ per vomitum excludebatur, Illustris hæc Persona conquerebatur.

## CAPUT XX.

## DE RENUM CALCULO VIRIBUSQUE JUNIPERI NEPHRITICIS DISCURRIT.


IN admirando Orbis terrarum systemate lacus, fontes ac flumina dari, quibus

S 4

immissa

immissa lapideam induunt formam & duritiem, experientia satis comprobat; Utinam homo ab hâc lapidescendi facultate esset immunis! Verùm & in illo varia calculorum generari genera eadem, proh dolor! evincit experientia, ita ut & eorum genera plus quàm quingenta esse autumet *Crollius in Basil. Chymic. p. 306.* quin in omnibus ferè corporis partibus calculos generari plurimorum testentur Autorum observationes, sicut fusiùs de his videri potest *Sennertus lib. 2. Institut. part. 2. c. 9.*

Observationes.

Inprimis autem calculorum sedes frequenter in renibus & vesicâ offenditur, maloquè hoc tam tenera ætas, quàm florida ac decrescens corripitur, sicuti in 2. infantibus aliquot saltem septimanarum observare nobis licuit, & præterea *Illustrissimus ac Generosissimus Comes ac Dominus, DN. ANTHONIUS ALBRECHT, Comes de Schwartzburg & Hohnstein* 3. ætatis anno præcedentibus maximis cruciatibus, quibus à teneris etiam obnoxius fuit, calculum per urinam hâc magnitudine  nucleum pruni citrini accuratè æquantem excrevit, hodieque nihil frequentius conqueruntur ægri, quàm de torminibus nephriticis, quibus debellandis multa extant remedia, quibus omnibus *Juniperus* palmam si non eripiat,

eripiat, dubiam saltem tacit, eaque propter in calculo & doloribus exinde provenientes variè adhibetur.

Sic *bacca Juniperi* maturæ, Nucl. perficor. vel amygdalar. amar. num. X. vel XII. singulis vel alternis diebus assumptæ ad præservationem commendantur.

*Deckerus* sequens Decoctum profuisse ejusque beneficio instillatis gutt. ij. balsami *Sulphuris Juniperini* varios ægrum excrescisse calculos observavit in not. ad *Prax. Barbett. cap. 8. p. 213.*

℞ *Cicer. rubr. Hord. mundat. āā ʒij. Internè!*

*Sem. Viol. purp. papav. alb. urtic. malv. āā ʒB.*

*Oc. 69. contus. & in peria ligat. ʒij. bacc. juniper. ʒj.*

*Fic. pingv. num. IX. Sebesten num. VII. fruct. Alkekeng. num. IV.*

*Glycyrrhiz. ras. ʒvi.*

Coqu. in ℔ iij ∇ a commun. in Colatur. ℔ ij. dissolv.

*Syr. papav. errat. d. ʒ. radic. Diacnic. āā ʒB.*

*Spir. \*ci ʒij. Misce.*

Vel

℞ *Rad. Liquirit. ʒB. passular. ʒB. Ficum num. XV.*

*Cicer. rubr. pj. Gran. junip. exiccet. ʒB.*

*Sem. anis. ʒiij. ∇ a Veronic. q. l.*

S 5

Co-

Coquantur. Colaturæ dentur calidè  
 ℥iij. Hæc etiãsi videantur simpli-  
 cissima, usû tamen & experienciã com-  
 pertum est ea post se alia chymica mul-  
 tis parasangis relinquere *Gryling. lib. 4.  
 med. Pract. part. 1. cap. 4.*

Aquarum Nephriticarum diversas  
 compositiones exhibet *Quercetanus*, qui-  
 bus omnibus *Baccas Juniperi* in non exi-  
 guâ quantitate admiscet *cap. 7. Pharma-  
 cop. Med. Chym. aquæ Nephriticæ ad-  
 dit cap. 33.*

*Tilemannus p. 26. de mater. med.* ta-  
 lem proponit :

℞ Rad. helen. ℥ij. pimpinell. ℥℔ fœnio.  
 petroselin. āā ℥vi.

Flor. genist. ononid. āā ℥ij.

Cort. aurant. ℥iij. Bacc. Juniper. ℥℔.

Sem. anis. carv. urtic. āā ℥℔. mil. Ois

Raphan. saxifrag. āā ℥ij.

Mithridat. ℥℔. succ. liquirit. ℥j.

Misc. omnia. Infund. in vini veter. ℔iij.  
 malvat. ℔vi. Succ. limon. ℔℔. destillen-  
 tur in Mar Bal.

Aliam D. G. R. exhibet *Hofmannus*  
*p. 26. Thesaur. Pharmaceut. itaque parat :*

℞ Fruct. fragor. ℔iv. Vin. malvat. ℔ij.

∇ Juniper. ℔℔. rad. petrosel. ℔ij.

Nuc. persicor. cerasor. non contus. ā ℥vj.

Stent in infusione vase clauso per men-  
 sem ; Destill. & servetur pro usu. Dos. ad  
 præser-

præſervationem cochl. i. ad ij. Curatio-  
nem iij. vel iv. tempore matutino.

Liquorem hunc inter experimenta  
refert *Sebizius part. 4. Spec. Med. Pract.*  
*ſect. VI. cap. XI.*

℞ *Succ. limon. ʒj. vin. Cret. ʒiʒ. ſpir. bacc.*  
*junip. ʒj.*

Miſce.

Sequentis Liquoris antinephritici  
deſcriptionem *Vir Magnificus, atque Ex-*  
*cellentiffimus D. D. FROMMAN, Conſul*  
*& Pbyſicus Reipublicæ Patriæ Graviffimus,*  
mecum communicavit eundemque ſe-  
quente dignatur elogio: Hic in omni  
calculorum genere eſt medicamentum  
incomparabile & ſummæ virtutis, in-  
ſtarque arcani ſummi hætenus mihi tuit  
& candidè jam depromitur.

℞ *Spir. ̄is opt. raphanati, ſeu median-*  
*te raphano reſtificat.*

¶ *i. āā ʒiʒ. Oli philoſophic. ʒʒ.*

*Extract. granor. juniper. ʒiijʒ. veronic.*  
*pimpinell. āā ʒiʒ.*

*Solut. oc. 69. ʒʒ. ̄ succin. fixat. ʒij.*  
*Aſellor. ſ. milleped. ppt. ʒiij.*

*Spir. fragor. ex infuſione ſimpl. juxta*  
*Ceſner. & Sebizium parat. ʒiʒ.*

*Effent. rad. ſaxifrag. granulat. flor.*  
*alb. ʒʒ.*

Extracta ſolvantur cum *Spir. fragor. &*  
*Effentiâ,* mox adde *ſolut. oc. 69. Sal. ſuc-*  
*cin.*

cin. & asell. ppt. hinc Spir. Salis,  $\text{¶}$ i &  $\text{¶}$ li. phil. commixta exactissimè digerantur per mensem quotidie agitando. Dos. gutt. 9. ad  $\text{¶}$ j. in  $\text{¶}$ . hederæ terrestr.

Aselli sic præparantur. Vino nobili Joti leniter siccantur torrenturque & lavantur iterum vino, indeque aqua fol. & stipitum fabarum. Hinc rursus leniter imbibuntur Spiritu Juniperino & Alkekeng.

Spiritus hos invicem mixtos commendat *Rosfincius lib. 9. Consultat. 2. p. 826.*

$\text{¶}$  Spir.  $\text{¶}$ is  $\text{¶}$ ij. Salis juniperin.  $\text{¶}$  viij. Misc. D. in vitro S. Stein-Spiritus.

Nec infimum locum *bacca* tenent *Juniperina* in compositione Spiritus Nephritici & Lithonriptici *Mynsichti*, quos describit *Secl. 18. Armament. Chym. p. 283.* ficuti & illas Aquis iisdem titulis insignitis adjicit *Secl. 19. p. 322.* nec illas excludit clareto Antinephritico *Secl. 22. p. 357.* descripto.

Syrupum Diureticum *D. D. Rivii* ita describit *Uffenbach. lib. 1. Antidotar. sect. 2. p. 383.*

$\text{¶}$  Succ. onon. ex toto cum floret,  $\text{¶}$  e jusd. Succ. express. raphan. acerr. pimpinell.  $\text{¶}$ ã  $\text{¶}$ j.

$\text{¶}$  e malv. ex tor. Urtic.  $\text{¶}$ ã  $\text{¶}$ ß.

*Equiset. parietar.*  $\text{¶}$ ã  $\text{¶}$ iv.

*Bacc.*

*Bacc. alkekeng.* ℥iv. *Juniper.* ℥ij.  
*Sem. petrosel.* ℥j. iv. *frig. maj. contus.*  
 āā ℥ij.  
*Fl. chamomill. Rom. Mj. genist. MB.*  
*croc.* ℥j.

Bulliant leniter & infundantur s. a. in Colatura dissolv. Sacchar. q. s. Coqu. in formam Syrupi.

Aliam adhuc ejusmodi Syrupi descriptionem idem Autor *loc. cit.* ut & oxy-mellis ad frangendum calculum Gesneri adjungit *lib. 1. Antidotar. sect. 3.* quæ *baccis juniperinis* quoque exornatur.

*Essentia vel Tinctura Juniperina* hic optimè audit, cujus descriptionem dedimus supra cap. 7. Commendatur illa hoc modo vel solo Spir. Vini parata à *Sebazio loco supra jam citato* & à *D. Philipp. Müller p. 162.* Miracul. Chymic cui præstans quoque & mirabilis audit. Huic nō valdè ab-similis est Tinctura, quam tradit *Tileman-nus p. 191. appendic. d. mater. med.* ean-demque dosin & formam utendi possidet.

Eodem titulo dignum est *Elixir Juniperinum* supra quoque cap. 7 duplici modo paratum, & meminimus, quod *B. D. D. Friderici P. P. Jenensis* quondam celeberrimus illius usum frequentissimum in nephritide haberet, sicut etiam hoc variis in locis testatur *Protocollo - Medicum*  
 MSer. Qui

Qui autem majori compositionis apparatu delectatur, huic satistacere potest Elixir Nephriticum D. D. Rolfincii, quod ita parat:

**R** Bacc. juniper. ℥iij. heder. arbor. ℥j.  
 alkekeng. seu solani vesicarii ℥i℔.  
 Sem. cynosbat. lithosperm. āā ℥j.  
 Rad. saxifrag. alb. tuberos. pimpinell.  
 ononid. raphan. rustican. āā ℥j.  
 Fragor. matur. semin. turgent. ℥ij.  
 Ligni Nephritic. ver. aquam cœruleo  
 colore tingent. ℥j.  
 Fol. heder. terrestr. veronic. virg. aur.  
 āā Mij.

Flor. melilot. chamameli āā M℔.

Spir. Salis ℥ij. Spir. è fecib. Vin. q. s.

Stent in digestionem per  $\rho$  tres, tinctus & Essentiâ imprægnatus Spiritus servatur ad usum. Exaltari potest Spir. Salis, Oli. Dos. ℥℔. ℥j. ℥℔. in liquore conveniente. Lib. 4. Chim. Sect. 2. cap. 14.

Aliud desideranti tale exhibet

B. D. D. Schenkus Sect. 3. Syntagm. præscrib. med. cap. 2. p. 147.

**R** Spir. sam. buc. & Junip. è baccis āā q. s.  
 His infund. Nucl. persicor. cerasor. mespil.  
 Officul. cynosbat. sem. mil. Ois paliur.  
 cucurbit.

Bacc. alkekeng. fragor. myrtill. āā partes  
 aequales.

Stent aliquamdiu in digestionem & fermenta-



mentatione, postea quod tinctum est decantetur, novus iterum Spiritus affundatur, donec omnis vis fuerit extracta. Spiritus decantati & virtute lithontripticâ imprægnati destillentur l. a. Spiritus prolectus edulcoretur ad modum aqu. vitæ. Transcoletur per manicam F. Elixir.

Simile Elixir Nephriticum describit Schröderus lib. 2. Pharmacop. Med. Chym. cap. 52. cui baccas Juniperi quoque ob ingentes earum dotes abesse noluit.

Misturam Nephriticam sequentem multum profuisse testatur D. Deckerus loc. citat.

℞  $\nabla$ . petrosel. ℥ij. fœnic. Theriacal. simpl. āā ℥j.

Acet. still. ℥℞. oc. 69. ℥j. ☉ gran. Juniper. gtt. v.

Spir.  $\odot$ . dulc. ℥j. Laud. opiat. ℥ij.

Syr. d. V. radic. ℥j. Misce.

In usu nobis talis est Mistura:

℞ Spir.  $\odot$ li lithontript. Ros. salis āā ℥℞. Fung. Cynosbat. ℥iv.

Extract. Junip. ononid. saxifrag. āā ℥℞.

Essent. oc. 69. ℥vi. Sal. juniper. succin. āā ℥j.

Syrap. bader. terrestr. ℥vi.

Misc. digerantur per aliquot dies calore leni. Serventur ad usum. S. Stein Mistur.

Dos. ℥j. ad ℥℞.

Extractum insuper Juniperi ad nephri-

phritidem maximi usus est, inprimis in hoc affectu frequentissimè illo, ut & *Sale juniperino* uti, literis ad nos datis confirmat *Nobilissimus Dn. ANDREÆ AS SE-GLIUS, Medicinae Licentiatus & Serenissima Abbatissa Quedlenburgensis Archiepiscopus meritissimus*. Extractum compositum si quis desideret, adeat *Quercerani Pharmacop. dogm. restit. cap. 26. ubi Extractum Nephriticum majus & minus, utrumque juniperi superbiens robore, descriptum inveniet.*

Pulveris Nephritici loco esse possunt Species Dianitri *Mysf.* quarum descriptio juniperi baccas continens videri potest *sect. V. Armament. Chym. p. III.* Sic & Sali nephritico baccas *Juniperi* idem ad *3iv* adjungit, sicut *sect. XI. p. 200. citati libri* videri potest.

*Unzerus tract. d. nephrit. p. 178.* hæc cum maximo fructu dolore nephritico affectis exhibuisse testatur.

℞ ∞ *still. juniper. ℥ij. cerebinth. ʒ℔. chamomill. ʒj.*

M. D. in vehiculo conveniente ibidem descripto.

Cum autem olea ita per se difficulter assumantur, Elæosaccharum sequens composuimus, cujus usus tam in dolore sistendo quàm calculo atterendo & expellendo spe nunquam nos frustravit.

℞ ∞

☉ express. arillor. cynosbat. ℥ij.  
 Rat. juniper. terebinth. āā ʒ℔.  
 Magister. anodyn. ʒj. ☉. juniper. pe-  
 trofel. āā ʒ℔.  
 Sacchari q. s. Misc. S. Stein-Pulv

ver.

Morfulos Nephriticos supra descri-  
 psimus, quibus sequentes addimus pilu-  
 las:

℞ Extract. juniper. parietar. āā. ʒij.  
 Terebinth. in aqu. saxifrag. coct. ʒ℔.  
 Pulv. asellor. præp. ʒj. ☉. juniper. pe-  
 trofel. āā ʒj.

Misc. F. cum f. q. Elix. Juniper. massa vel  
 Pilulæ justæ magnitudinis. Dos. ʒ℔.

Externè in omnibus insultibus Ne-  
 phriticis commendantur Balnea, quoni-  
 am teste *Tralliano* illa non dolores solum  
 leniunt, sed meatus quoque dilatant, pa-  
 rantur illa ex emollientibus & specificâ  
 virtute calculum respicientibus, à qui-  
 bus baccas juniperi non excludi, palàm  
 est. Sic *Riverius lib. 14. cap. 1. Med. Pract.*  
 talem parat infessum.

Externè.

℞ Radis. lil. alb. alb. āā ʒij.  
 Herb. V. emoll. āā Miv. heder. terr.  
 veron. āā Mij.  
 Flor. chamamel. sambuc. aneth.  
 āā p. iv.  
 Sem. lin. ʒi℔. Bacc. Juniper. ʒj.

Incisa D. pro infessu semicupis.

T

Oleum

Oleum Nephriticum externum sæpe citatus *Mynsichtus sect. 23. Armament. Chym. p. 462.* ita parat.

℞ ∘ succin. alb. rect. f. terebinth. Juniper. āā ℥iv.

Ferment. pan. cib. ∅ commun. ♀i alb. āā ℥j.

▽. heder. terr. petrosel. ononid. āā ℥iiij. Misc. & per alembic. destilla, oleum separatum servetur ad usum.

Præsentaneam sæpe nobis operam præstitit sequens.

℞ ∘. coct. Scorpion. melilot. chamomill. āā ℥ij.

express. amygd. amar. arill. Cynobat. āā ℥iij.

℞at. Tereb. Jimp. āā ℥j. petrosel. ℥℞.

Misc. S. Euserlich zertheilendes Steins Del.

## CAPUT XXI.

### USUM JUNIPERI IN MORBIS VESICÆ APERIT.

#### I. DE CALCULO VESICÆ.

*Questio an* **A**N medici sit morbos aggredi incurabiles, quæstio est famosa, ad quam respondetur negando, quoniam dicente *Roderico à Castro lib. 3. Med. Polit. cap. 28.* Medici aggredi.